

ditis & desperatis fuerit habita. Anno demum Millesimo, quingentesimo quadragesimo octauo, huc grandem lapidem per longanorem elisit, cuius formam & magnitudinem hic depicta addidi. Est enim figura quasi tereti, duobus articulis anterioribus pollicaribus coniunctis magnitudine non absimilis, basi utraq; non nihil sinuosa aut cōcava, ad modum cotylarum aut sinuum in ossibus, qui bus capita aliorum ossium inseruntur, venuis albis & luteis in colore spadiceo discurrentibus, foris laevis seu glaber, vetusti alicuius lutis specie. Sinus autem isti, summus & imus, non aliter apparent ac si alij eiusdem formae lapides illis insetti contiguique fuissent, sicut bonus senex ipse ait, credere se, si obseruatum fuisset, pro magnitudine dolorum quos inter sedes subinde pertulisset, plures eiusmodi calculos cum excrematis egestos fuisset: ac ne hunc quidem agnatum fuisset

Cc